. ad Camar .

Iohannes eps servus servor dei Dilectis filiis Universitati et hominibus Terre nre Montissancti Fir
man dioc Salt et aplicam ben. Et si cunctos sibi subditos aplice sedis copiosa clementia paternis complectatur affectibus illis tamen clemen
tie sue munera propensius impertitur a quibus precipua de se merita recognoscat merita igitur vra grata recensentes memoria vos dignos existimamus quos pre
cipuo dono nre gratie prosequamur Hac igitur consideratione inducti conducendi sine aligua licentia Rectoris seu offitialis cuiuscumque ad Terram nram Montis
sancti Firman dioc et eius portum absque solutione alicuius salarie pedagii vel gabelle tantam quantitatem salis quanta suffitiat pro vestri omnibus habita
toribus et incolis dicte Terre dummodo extra ipam Terram sale predictum quovis quesito colore nullatenus extrahatis seu extrahi permittatis et in obedien
tia ac fidelitate nra et successor nror Roman Pontificum persistatis vobis tenore presentum usque ad sedis aplice beneplacitum concedimus facultatem
Volumus autem et nre intentionis existit qd si gratie et indulta vobis et aliis nris Terris Provintie nre Marchie Anconitan concessa per nos seu successores
nros Roman Pontifices contingeret generaliter revocari ipa vra Terra Montissancti quo ad conducendum sal predictum sub generali revocatione huiusmodi non in
cludatur nisi in ipa revocatione fieret expressa ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio spetialis decernentes exnunc irritum et inane si secus super
hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Constitutionibus aplicis necnon statutis et consuetudinibus dicte Provintie
et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre concessionis constitutionis et voluntatis infringere
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beator Petri et Pauli Aplor
eius se noverit incursurum. Dat Bononie xv kl Iunii Pontificatus nri Anno Quarto.

. pro

R. thesaur. marchie pro Iuliano [illegible]

. R. de Bossis .

Rta In Camera Apl.

Indulto p il Sale senza li-
cenza de' Superiori.
Gio: XXIII

N.° 34.° 1414